



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 95. Sessio XLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Secul. XV. in quo professionem fidei olim a Bonifacio VIII. editum jurato emisit, præsenti-
A.C. 1417. bus Nationum Deputatis. Electoribus suis hac professione spondit, quod bona Ecclesiæ nullo modo, nullove sub titulo, vel prætextu alienare, disciplinam autem Ecclesiasticam conservare, & quovis pacto labefactatam, adhibitis in consilium Cardinalibus, restituere velit; id tamen regulis Cancellariæ, quas condidit, refragari videtur. Ad idem quoque tempus refertur libellus Mauritiæ Pragensis, quem jussu Concilii contra Communionem sub utraque specie elucubravit, & præcipue adversus tractatum a Jacobello An. MCCCCXV. consarcinatum, in quo hunc usum defendere conatus fuit. Mauritius iisdem ferme cum Gersonio utitur argumentis, communiter afferri solitis. Scripturæ, Patrum, & Scholasticorum textibus a Jacobello pro Communionem sub duplici specie allegatis respondet, & rationes, seu potius abusus, ob quos Ecclesia usum calicis interdiceretur, pluribus refert.

§. XCV.

Sessio quadragesima secunda.

Labbe Conc. Die Martis 28. Decembris habita est
to. 12. p. 252. Sessio XLII. & prima, cui Martinus V. præsededit: Interfuit quoque Imperator cum

cum omnibus Principibus, Prælatiſ, at-
que Legatiſ. Miſſa de SS. Innocentiſ
per Epicoſum Concordienſem celebrata,
& peractiſ de more precibuſ, Cardinaliſ
S. Marci Bullam Imperatoriſ inſcriptam
legit, in qua Papa, aſſentiente Synodo,
eundem æque ac Electorem Palatinum,
& Ludovicum Bavarum ab onere cuſto-
diendi Balthaſarem Coſſam antea Joan-
nem XXIII. nuncupatum abſolvit, hac
tamen lege, ut eundem, quem tum
Heidelbergæ, tum Manhemii captivum
cuſtodiebant, Commiſſariis a Martino
Pontifice deputandiſ conſignarent. In
eadem Bulla deſignationem Balthaſariſ
Coſſæ canonicam, fuiſſe memoratur.

§. XCVI.

*Epicoſus Vintonienſiſ creatur Car-
dinaliſ.*

Martinuſ V., quorundam iudicio, im-
mediate poſt hanc ſeſſionem Henri-
cum de Beaufort, Filium Ducis Lanca-
ſtriæ, Vintonienſem Epicoſum, Cardina-
lem, & in Wallia, & Hibernia Nuntium
ſuum creavit. Huic electioni obluſtati
ſunt Angli, & Archiepiſcopuſ Cantua-
rienſiſ Epistoſam ad Regem ſcripſit, ex-
ponenſ, Papam mittendo Nuntium, tam
legibuſ Regni, quam Anglici Primatuſ
privilegiis vim inferre; Idem quoque Re-
Hiſt. Eccleſiaſt. Tom. XXVI, A a gi

Sæcul. XV.
A.C. 1417.

Vander
Hardt to. 4.
p. 1502.